



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

De Lacv, De Hermenrod, & de Heisterbach Abbatibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

ARCHIEPISCOPO HIDRVNTINO,  
& Episcopo Liciensi.

*Epiſt. 198.*  
Commititur  
illis cauſa Ar-  
chiepiscopi  
Tarentini  
contra Eccl-  
esiā S. Marie  
de Galeſo.

**S**ignificavit nobis venerabilis frater noster A. Tarentinus Archiepiscopus quod cum Ecclesia sancte Mariæ de Galeſo, sira prope civitatem Tarentinam, Ecclesiæ Tarentinae parochiali jure subiecta eſſet, R. Logotheta Tarentinus in præjudicium juris Ecclesiæ Tarentinæ, quæ perniſiū parochialibus terminis angustatur, à ſede apostolica reſcriptum exemptionis obtinuit, occaſione cujus dictus Archiepiscopus non ſolum Ecclesia illa ſed quibusdam aliis Capellis iuſtè ſe afferit deſtitutum. Quia verò apostolica ſedes ab universis Ecclesiis iuſrias tenetur repellere, non inferre, mandamus vobis, praecipientes, quatenus ad locum iſum pariter accedentes, ſi vobis ita eſſe conſtituerit, non obſtantē memorato reſcripto per ſubreptionem obtento, eandem Eccleſiam cum prædictis Capellis fore ſubiectam, ſicut primò fuerat Tarentinae Ecclesiæ, ſublato appellationis obſtaculo, auctoritate apostolica decernatis, facientes quod decreveritis per cenzuram ecclieſiaſticam firmiter obſervari. Datum Laterani IV. Kal. Novembriſ.

DE LACV, DE HERMENROD,  
& de Heiſerbach Abbatibus.

*Epiſt. 199.*  
Ipsis comit-  
tetur cauſa &  
lis ſuper præ-  
poſitura Colo-  
niensi.

**C**um pro controverſia majoris præpoſitoruſ Colonienſis, quæ vertitur inter dilectum filium T. Præpoſitum sanctorum Apoſtolorum ex una parte, & E. Præpoſitum sancti Georgij in Colonia ex altera, dilecti filii T. Canonicus sancti Gereonis & H. ſacerdos procuratores prædicti Præpoſiti sanctorum Apoſtolorum, & G. majoris Ecclesiæ & E. sancti Severini Canonici procuratores præfati Præpoſiti sancti Georgij, ad ſedem apoloſticam accessiſſent, & utriuſque partis nobis litteras præſentauſſent, nil aliud poſtmodum de ipſo negotio in conſpectu noſtro proponere curaverunt; ſed poſt repræſentationem litterarum, ſecundò ad noſtram præſentiam accedentes, unanimiter poſtulaverunt à nobis ut cauſam ipſam vobis committere deberemus. Nos igitur ad petiſionem ipſorum cauſam vobis committen-tes eandem, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus vo- catis ad præſentiam veſtram partibus,

audiatis quæ fuerint hinc inde proposita; & ſi fuerit de voluntate iſclarum ut ad diſſinſitivam ſententiam procedatis, vos ſolum Deum habentes præ oculis, omni gratia, odio, vel timore poſtpoſi- tis, cauſam ipſam appellatione remota fine canonicō terminetis. Si verò in hoc partes noluerint conſentire ut per vos diſſinſitiva ſententia proferatur, vos nihilominus uſque ad ſententia calculum ſublato cujuslibet contradictionis & appella- tionis obſtaculo procedentes, allega- tiones & gera omnia utriuſque partis, ſigillorum veſtrorum munimine robo- rata, nobis dirigere procuretiſ; termi- num competentem partibus præfigen- tes, quo recepta ſententiam noſtro ſe debeant conſpectui præſentare: ad quem ſi qua partium forte venire contempe- rit, nos nihilominus in ipſo negotio pro- cedemus. Nullis litteris obſtantibus pre- ter aſſenſum partium &c. Quod ſi omnes &c. duo veſtrum &c. Datum Late- rani III. Nonas Novembriſ.

VNIVERSIS AD QVOS LITTERÆ  
iſe pervererint.

**V**niverſitatem veſtram volumus non latere quod nos venerabilis fratris noſtri Tarentini Archiepiscopi fidem & prudentiam attendentes, iſum unam cum nuntiis noſtris aliis ad ſuccurſum & diſpositionem regni Siciliæ desti- namus, dantes ei liberam potestatem ut illis qui cum eo ad obſequium noſtrum & Ecclesiæ Romanæ proceſſerint, & fideliter ac devotè perſtiterint, beneficia & præmia condigna retribuat, & ſi quid damni acciderit in equis vel armis, quod abſit, integrè ſtudeat reſarcire. Datum Laterani VIII. Idus Novembriſ.

CONRADO MAGNTINO  
Archiepiscopo, Episcopo Sabinen.

**I**nter excessus alios animadverſione digniſſimos ſuo loco & tempore au- ctore Domino puniendos, illud eſt etiam noſtro apoloſtatui reſeratum, quod C. quondam Hildeſem. Epifcopus Her- bipolensem Eccleſiam auſu propria te- meritatis uſurpans, in ejus dioceſi non nullis beneficia confeſſe præſumpſit, in contemptum apoloſticæ ſedis, & iſius Herbiplenſis Ecclesiæ detriumentum. Nos igitur quod ab ipſo factum eſt in hac parte denuntiantes irritum & inane, quia devotionem tuam ſumus in multis

*Epiſt. 200.*  
De facili-  
bus Archiep-  
iſcopi Tarenti-  
ni, Legati Apo-  
ſtoliſi.

*Vide inſtr. q. 5.  
143. 180.*

*Epiſt. 201.*  
Vi beneficia  
per Hildeſem Epis-  
copum in dio-  
ceſi Herbi-  
polensi collata;  
iſi alia con-  
feſſe licet,  
priori colla-  
tione non ob-  
ſtante.

*Vide ſupr. lib.  
1. epif. 335.  
& inſtr. epif.  
204. hujm li-  
bris.*